

geschaltet sein; im Uebrigen scheint Benedict den Text von X¹ treuer wiederzugeben als die Capitula Frisingensia.

Das Ergebnis für die Erforschung der Quellen Benedicts ist dieses. In sechs Capiteln Benedicts (1, 35 in. 170. 171. 172. 173; wohl auch 1, 371) sind Diöcesanstatuten eines unbekannten Bischofs benutzt, deren Text sich, soweit Benedict aus ihnen schöpft, mit Hülfe der falschen Capitularien und einer zweiten Ableitung, der Capitula Frisingensia, annähernd reconstruieren lässt.

Beilage I.

Capitula episcopi cuiusdam Frisingensia.

Capitula. I. Volumus, ut secundum regulam canonicam deo auxiliante et secundum vestrum consultum omnia, quę in nostram ad emendandum veniunt praesentiam, cum vero et recto iudicio sint definienda. qui vero in eo negotio deo primitus et sanctae regulę contrarius esse voluerit, inimicum et calumniatorem ecclesiastici ordinis aperte et absque ulla ambiguitate denotamus et hoc operibus gratia dei adiuvante comprobamus^a. fol. 35^a.

II. Volumus, ut unusquisque vestrum suum ministerium bene discat² et recte teneat, ne aliquod scandalum propter vestram negligentiam et insipientiam in vestris crescat ecclesiis. legimus tres in mundo esse infelicitates: una est, quę nescit et non discit; altera, quae scit et non docet; ^bet non operatur. ac ideo, si vestrum aliquis est, qui nesciat, discere non neglegat, et qui scit, docere populum sibi subiectum non retardet, et doctrinam cum exemplo bonorum operum ostendat.

III. Admonemus³, ut unusquisque presbiter librum suum vitio scriptorum falsatum emendare studeat, quatenus laudem dei recte et rationabiliter in ecclesia sancta populo fidei assistente recitare queat.

IIII. Coniurationes vero et dissensiones secundum regulam canonicam⁴ omnibus inter vos prohibemus haberi. fol. 35^b.

a) cōprobamus *Cod.* b) tertia, quae docet *ins. (exciderunt propter homoioteleuton).*

1) Was oben S. 281 über den Entstehungsort der Capitula Frisingensia gesagt ist, lässt sich nicht ohne Weiteres auf die Capitula X übertragen. Dagegen dürfte X nicht viel älter sein als Fris. 2) Zu 'ministerium discere' vgl. Karoli M. Capitulare primum 769 c. 15 (MG. Capp. I, 46). 3) Vgl. Admonitio generalis 789 c. 72 i. f. (MG. Capp. I, 60). 4) Vgl. z. B. Conc. Chalcedon. c. 18.